VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 108v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ante sclm creata sum. et usq; ad futurum se
culum non desinam et in habitatione sancta
coram ipso ministrauj. Et sic in syon fir
mata sum et in ciuitate sanctificati sim
liter requieui et in hierlm potestas mea.
Et radicauj in populo honorificato et in
parte dei mei hereditas illius et in ple
nitudine sanctorum detentio mea. Quasi
cedrus exaltata sum in libano et quasi
cypressus in monte syon. quasi o
liua speciosa in campis et quasi plata
nus exaltata sum iuxta aquam in pla
teis. sicut cynamomum armans odo
rem et quasi mirra electa dedi sua
uitatem odoris. et quasi storax et galba
nus et gutta. et quasi ybanus non in
cisus uaporauj habitationem meam. et
quasi balsamum non mixtum odoris
Ego quasi terebinthus extendi ramos
meos et rami mei honoris et gratie. Ego qsi
uitis fructificauj suauitatem odoris. et flo
res mei fructus honoris et honestatis.
Ego mater [illegible] pulchre dilectionis.
et timoris [illegible] agnitionis et sancte spei. In
me omnis gratia uite et ueritatis. in me omnis
spes uite et uirtutis. Transite ad me oes
qui concupiscatis me. et a generationibus
meis adimplemini. Spiritus enim meus super
mel dulcis. et hereditas mea super mel et fa
uum. Memoria mea in generationes se
culorum. Qui edunt me adhuc esurient.
et qui bibunt me adhuc sitient. Qui
audiunt me non confundentur. et qui opa
tur in me non peccabunt. Qui elucida
bunt me uitam eternam habebunt. Hec
omnia liber uite et testamentum altissi
mi et agnitionis ueritatis. Legem
mandauit moyses in preceptis iustitiarum. et hereditatem domui iacob. et israel
promissionis. Posuit dauid puero suo exercitare regem excepto fortissimum. et
throno honoris sedentem in sempiterno. Qui implent quasi phison sa

et balsamum.

pientiam. et sicut tygris in diebus nouorum
Qui adimplent quasi euphrates sensum. et
multiplicat quasi iordanis intellectus meus
sicut. Qui mittit disciplinam sicut lucem
et assistens quasi gyon. in die uindemie.
Qui perscrutatus fuerit ipsam. et infirmi
or non inuestigabit ipsam. Amari enim
habundauit cogitatio eius. et consilium
illius in abysso magna. Ego sapientia
effudi flumina. Ego quasi trames aque
immense. defluuio. Ego quasi fluuius de
riuatus. et sicut aque ductus exiui de paradi
so. Dixi. Rigabo ortum meum planta
tionum. et inebriabo partus meos fructus
meos. Et ecce factus est michi trames habun
dans. et fluuius meus. Pertransiuit ad
mare. qm doctrinam quasi ante lucem
illumino omnibus. et enarrabo illam usque
longinquo. Penetrabo inferiores partes
terre et inspiciam omnes dormientes. et illu
minabo omnes sperantes in domino.
Adhuc doctrinam quasi prophetiam effu
dam. et relinquam illam querentibus sapientia
et desinam egenem illorum usque in eternum sum.
Cernite qm non solum michi laboraui. sed omni
bus exquirentibus ueritatem. Deuter. xxxv.
Mihi beneplacitum est. spiritus meus que
sunt probata coram deo et hominibus
concordia fratrum. et amor proximorum
et uir et mulier. et consentientes. Tres
species odiuit anima mea et aggrauor ual
de. animo. superbum pauperem. diuitem
mendacem. senem fatuum et insensatum.
In iuuentute tua non congregasti. et quomodo
inuenies ea. in senectute tua. Quam pul
chrum est iudicium. et prudentis cogno
scere consilium. Quam speciosa est ueteranus sa
pientia. et gloriosus intellectus. et consilium
Corona senum multa peritia. et gloria illorum
timor dei. Nouem intuitibilia. cordi
magnificauj. et decimum dicam in lingua
hominum. Homo qui iocundatur in filiis iuuenis. et uitens sub uisione inimicorum